Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



sic erat sicut post me · et scrutatus
es omnes supellectilem meam · Quid
inuenisti de cuncta supellectile domus tue
pone hic coram fratribus meis et fra-
tribus tuis: et iudicent inter me et
te · Ecce iam uiginti annis sum tecum
oues tue et capre · steriles non
fuerunt · arietes gregis tui non com-
edi: nec capturam a bestia non obtu-
di tibi · ego damnum omne reddeba
requirens furtum pereunte a me · eri-
bas: die noctuque estu urgebar et
gelu: fugiebatque somnus ab oc-
f. ulis meis · Sicque per uiginti annos
in domo tua seruiui tibi · quatuorde-
cim per filiabus: et sex per gregibus
tuis · Commutasti quoque mercedem
meam decem uicibus · Nisi deus pa-
tris mei abraham · et timor ysaac
affuisset mihi · forsitan nunc inanem
me dimisisses · Afflictionem meam
et laborem manuum mearum respexit
dominus: et arguit te heri · Dixit ei
laban · filie mee et filii · et gre-
ges tui et omnia quecumque cernis mea
sunt · Quid possum facere filiis et ne-
potibus meis · Veni ergo et ineamus
fedus: ut sit testimonium inter
me et te · Tulit itaque iacob lapi-
dem et erexit illum in titulum · Di-
xitque fratribus suis · afferte lapides
Qui congregantes fecerunt cumulum
comederunteque super eum · Quem vocauit
laban cumulum testis: et iacob ·
aceruum testimonii: vterque uno ap-
pellans linguae proprio · Dixitque laban
g. Cumulus iste testis erit inter me
et te hodie · et idcirco appellatus est
nomen eius galaad · id est cumulus
testis · et adiecit laban · Intueat
et iudicet dominus inter nos qui recesse-
rimus a nobis: si afflixeris fili-
as meas: et si introduxeris alias
uxores super eas · nullus sermonis
mei testis est absque deo: qui prius
respicit · Dixitque rursus ad iacob

en tumulus hic et lapis quem erexi
inter me et te testis erit · Cu-
mulus iste et lapis sint in
testimonium: si autem ego transiero il-
lud · pergens ad te: aut tu istum
eris · malum mihi cogitans · Deus
abraham · et deus nachor iudicet
inter nos: deus patris eorum · Iura-
uit ergo iacob per timorem patris sui
ysaac: immolatisque victimis in
monte vocauit fratres suos ut ederent
panem · Cumque comedisset · mane
fuit ibi · Laban vero de nocte con-
surgens · osculatus est filios et fili-
as suas: et benedixit illis: reuersus
que est in locum suum: - XXXIIII

a. Iacob autem abiit in itinere quod
coeperat: fueruntque obuiam
ei angeli dei · Quos cum vi-
disset ait castra dei sunt hec · Et
appellauit nomen loci illius mahanaim
id est castra · Misit autem et nuncios
ante se ad esau fratrem suum · in ter-
ram seyr · in regione edom: Preceptque
eis dicens · Sic loquimini domino
meo esau · hec dicit frater tuus
iacob · apud laban peregrinatus
sum: et fui usque in presentem diem
habeo boues · et asinos et oues
et seruos et ancillas: nuntiaque
nunc legatus ad dominum meum: ut in-
b. ueniam gratiam in conspectu tuo · Re-
uersique sunt nuncii ad iacob dicen-
tes · Venimus ad esau fratrem tuum
et ecce festinat in occursum tuum cum
quadringentis viris · Timuit ia-
cob valde: et pertentus diuisit
populum qui secum erat: greges quo-
que et oues · et boues et camelos
in duas turmas · dicens · Si vene-
rit esau ad vnam turmam et pas-
serit eam: alia turma que reliqua
est saluabitur · Dixitque iacob Deus
patris mei abraham · et deus patris
mei ysaac · domine qui dixisti mihi
vt redeam in terram tuam et in locum